



EPITOMA REGII AC VETVSTISSIMI ORTUS
 Sacrae cesaree atq; Catholice Maiestatis Serenissimi prin-
 cipis et. domini. Do. Ferdinadi Boemie regis. Hispania
 rum infantis. archiducis Austriae &c. omniu q; austriae
 corum archiducū. ducum. principumq; Habsbur-
 gensium eorundem progenitorū. ad duo ferme
 annorū milia hic ex ordine nominatim cons-
 criptorū. autore Hieronimo Gebwilerō
 Literarie pubis Hagnouiēsis mode-
 ratore in tres libros distinctū.
 Cum gracia & Priuilegio imperiali de non
 imprimendo ad triennium.

In Aquilæ ac Pavonis in frontispico
huius libelli pictorū ymagines Hiero-
nimi Gebwileri Decasthicon.

Pallada cæcropiam delectat noctua. picum
Mars amat. & diti bubo funesta placet
Mercurio gallus curæ est veneri q̄ columbe
Iunoni pavo sacræ: aquila ipsa ioui
Has quia tutantur volucres duo maxima celi
Numina non illas opprimet vllus homo
Vicerit vt gallum cernis quoq̄ pavo leonem
Vtq̄ aquilæ grandi subiacet hidra nocens
Faucibus hydra nocens que spargens mille venena
In dominos plebem mouit vbiq̄ suos.

EIVSDEM HIERONIMI GEBVVILERI
HEXASTHICON.

Austria quos tulere domus illustrissima reges
Atq̄ duces claros iste libellus habet
Sumplere vtrq̄ suū genus alto a sanguine troie
Gens Habsburga: cui francia pavit auos
Francia pavit auos germano stemmate natos
Gallia quis suberat teuthonicū q̄ solum.

AD LECTOREM.

Non te penitēbit (Candide lector.) huius libelli vel
emptiōis vel lectiōis modo liuor harporcratē agat.

At

LIBER PRIMVS
CAPITVLVM PRIMVM.

V



NOA QVI & ianus hūa-
ni generis post diluū repara-
tor: complura mortalibus fili-
is scilicet ac nepotibus suis ve-
ri dei cultus instructione phi-
losophiæ ad animi culturam
agriculturæ quoque pro cor-
poris necessitate subleuanda
traditiōe beneficia conferens
varijs a scriptorib⁹ cognomē-

Hoc tradi-
tiones.

tis celebratur, nūc em̄ vertūnus .modo cenotrius : non
nunquā pomonus: chaos: et semē mundi appellatus: Hoc diuer-
sa nomia.
vbi noningētos et quiq̄aginta annos vixerat. moritur
post cathalis mū. Annis. CCCL. ab ortu vero mundi.
An. 2612. Hūc Noā vetustas ipsa sub iani nomie bis
frontē figuram, haud fulgarē viri prudentiā plane de-
monstrauit: altera insuper manu sceptrū : altera solem
gestat: quod primus omniū regios fasces et regnorum
moderamina in stituerit: annū q̄ solis motu p̄ duode-
cim menses distinxerit: quē clauigerū quoq̄ poete dix-
erunt: quod ianuarius mensis ab eo denomiatus prio-
rē annū exclusiue terminās sequēti aditum fatiat, nisi
eius rei causam ad iani tēplum referre malueris quod
pacis tempore clausum, belli vero tēpeltate apertis fori-
bus conspiciebatur: cetera iani cognomēta nose deside-
rās vertunianū propercij carmen pelligat.

B



PHILIPPUS rex castelle
 giōis et granate, archidux
 austriae dux burgundie &
 comes tyrolis & ab Habs-
 burg Maximiliani cesaris
 ex maria Caroli burgūdio
 num ducis filia primoge-
 nitus a puero nichil ab
 autis moribus degenerās
 nullius non virtutis dese-
 sperande dedit iudiciū, ces-

Educatio
 pba mul-
 cum cōdu-
 cit.

preceptor
 philippi

quales de-
 beant esse
 principum
 a cōsilijs.

lestis nāq; animi indoles que nichil humile, nichil nō
 excelsum spectabat. illi adesse videbatur, quam ingenij
 bonitatē castigatior educatio (que vel ipsa natura potē
 tior esse cōsuevit.) multo meliorem reddiderat, huius ete-
 nim puericie moderator et in bonis literis institutor iu-
 bente Maximiliano cesare fuerat Franciscus bussidea-
 nus postea archiflumen, bisuntinus, vir totus ad gloriā
 natus, citra cuius consiliū Philippus archidux vel matu-
 riori etate oīo gerebat nihil, cuius ductu & auspicijs op-
 timus princeps non nisi sui similes in interiorē con-
 suetudinem admittebat, a quibus neq; venderetur ne-
 q; circūducere, sed qui nichil instillaret auribus, nisi
 quod pium, quod verū, quod salutare, qui prudentio-
 res etiā essent quam vt penitēda suaderent, sanctiores
 quam vt patrie rem suis cōmodis posthaberent, graui-
 ores quam vt possint adulari, Liberioris quam vt non
 ausi essent obstrepere parum se digna molienti, quorū

REGISTRVM

FO. M. 2.

Linea. 24. pro nūnis lege numinis et linea mox se-
quente pro celtis lege pro cellis. Eodem fo. facie. 2. linea
.18. pro fustis lege fuis. M. 4. linea penultima pro in-
gentes lege cui gentes.

FO. N. 1.

Linea. 22. p. chrichiastiani lege christiani. N. 2. li. ea
.26. pro glaria lege gloria & linea. 28. pro ac lege at.
N. 3. facie. 2. linea. 27. sidēs lege infidens. N. 4. linea. 24.
pro affigante lege affigente et linea penultima pro reue-
rentissimus lege reuerendissimus.

BXCVSVM COMMVNIBVS IM

penis Hieronimi Gebvileri & Ioan

nis Grienynger ciuis Argētinēsis.

Vigesima die mensis Mar

cij. Anno a salutifero

Christi ortu. M.

.D. XX.

.VII.